

sobre algunos passos i misterios principales de la vida de nuestro Salvador, i señaladamente de su santa niñez, Passion, Resurreccion, i gloriosa Ascension.

VI. Partes que ha de tener un Predicador. Matrini 1585. in 4. Recensetur in *Catal. Bibl. Barber. Romanae*. Ita *Echardus*, dubitans an sit a *Rhetorica* diversum. Sed quamvis certo certius sit non esse idem, non propterea eius Operum numerus augendus est, cum non sit aliud a *Vita Magistri Iohannis de Avila*, quam retuli supra §. II. Num. XIV. quaeque collectioni operum eiusdem *Avilae*, Matrini Petri Madrigal 1588. in 4. praefixa fuit hoc titulo: *Vida del P. Maestro Juan de Avila, i las partes que ha de tener un Predicador del Evangelio*. Qua de re leges *Mugnozium* in *Prol. Vitae laudati Iohannis de Avila*.

VII. Oraciones i ejercicios de diversos i graves Auctores. In *Indice Librorum prohibitorum ac expurgandorum pro Hispaniarum Regnis anni MDCCXLVII*. T. II. pag. 813. col. 1. proscribitur editio *Bruxellensis* huius operis anni 1662. his verbis: „ Deba-  
„ jo del nombre de tan venerable Autor (*Fr. Luis de Granada*)  
„ i valiendose de su sagrado, se imprimió en Bruselas año de  
„ 1662. un Libro, cuyo titulo es: *Oraciones i ejercicios de di-*  
„ *versos i graves Autores, por el P. Fr. Luis de Granada*, en el  
„ qual se contienen los Psalmos penitenciales, i Letanias en  
„ romance, i las Oraciones de S. Brigida, que estan prohibi-  
„ das; el qual Libro se prohíbe, hasta que se expurgue, i se  
„ declara por Apócrifo al dicho Autor.

VIII. Similis est furfuris *Manual de diversas oraciones, i espirituales ejercicios, sacados por la mayor parte del Libro llamado, Guia de pecadores, que compuso Fr. Luis de Granada*, prohibendum in *Indice anni MDCCXL*. pag. 798. col. 1. Quod nulli mi- cum piorum ac sapientium hominum plausu audiri coepit, familiare plerisque fuerit, illud usurpare, propriisque operibus praefigere, ut auctoritatis pondus obtinerent; quod ipse *Granatensis* innuit in *Praefat. editionis Salmantinae Guia de pecadores* 1579. cuius meminimus §. II. Num. I. his verbis: *Muchos toman algunos pedazos de mis Libros, i juntanlos con otras escrituras, i publicanlo todo en los titulos del Libro por cosa mia.*

§. X.

§. X.

ALIORVM OPERA EIVS VEL IVSSV  
vel suasu scripta.

I. **S**ententiae et exempla ex probatissimis quibusque Scripto-ribus collecta et per locos communes digesta, per *Andream Eborensem Lusitanum*. Opus in duos divisum Tomos, quorum alter sententias, alter exempla refert. *Conimbricae* 1569. ex fide *Mugnozii* in *vita Granatensis* Lib. III. cap. 7. fol. 200. a. Deinde *Venetis* 1572. *Parisiis* 1575. eodem *Mugnozio* teste, loc. adducto fol. 199. a. *Ibid.* *Guillelmi Iuliani* 1583. II. voll. in 8. \* quae exstat apud nostros *Valentinos*. *Venetis*, 1585. ex unitorum societate, II. TT. in 8. \* in nostra ad *S. Onuphrii*. Tum *Coloniae*, *Hermannii Millii* 1619. Tomum posteriorem nuncupavit Auctor nostro *Ludovico*, inque *Epistola* dedicatoria haec habet: *Labori vero huic meo gratulor, te consilii auctorem, te editionis Patronum sortito. Tuum itaque patrocinium quasi meo iure vindicans, opus tuum tibi commendo, ut quod te consultore conceptum est, te fautore feliciter provebatur*. In editio- ne *Conimbricensi* anni 1569. aliae sunt nuncupatoriae litterae ad ipsum *Granatensem*, sed non minus humanitate, benevolentia, et veneratione plenae; quarum fragmentum bene longum ac lectu sane dignum adfert *Mugnozius* loc. cit. fol. 200.

II. *Fructus Sanctorum, i quinta parte del Flos Sanctorum, que es Libro de egeplos, asi de hombres ilustres en santidad, como de otros, cuyos hechos fueron dignos de reprehension, etc.* *Conchae*, *Ludovici Cano* 1604. in fol. *Alphonsus de Villegas* operis huius obessae molis Auctor, in *Prol.* ad Lectorem, haec fatetur: *Para ocupar me en este Libro, fue uno de los motivos escribirme el P. Fr. Luis de Granada (que Dios tiene en el Cielo) en dos Cartas, entre otras muchas, que yo estimo en mucho, por prendas caras de tan insigne Varon.*

III. Versio ex Latino in *Hispanum Idioma* operis, cui titulus: *Treinta i dos Sermones*, etc. cuius supra §. V. Num. IV. fecimus mentionem, a nostro *Iohanne de Cruce* elaborata fuit, suasu vel potius iussu *Granatensis*, ut vel hic testatur in *Praef.*

D 2

ad

ad Serenissimum *Henricum* Cardinalem, de qua satis in praefato loco diximus.

IV. Videtur quoque huc pertinere opella inscripta: *Testimonios de la santidad i bienaventuranza del P. Fr. Luis Bertran, dados por el P. Fr. Nicolas Factor de la Orden de S. Francisco*, ab Auctore Fr. *Vincentio Iustiniano Antistio* venerabili nostro *Granatensi* nuncupata X. Kal. Martias MDLXXXIV. Prodiit Valentiae, eodem anno, Heredum Iohannis Navarro, octupl. forma. Opusculum rarissimum, quod memorat *Ximinius T. I. Script. Valent.* ad an. 1599. pag. 210. num. 6.

## §. XI.

## OPERVM GRANATENSIS INDICES

ab aliis contexti.

I. **I**ndex locupletissimus omnium concionum, tam de tempore, quam de Sanctis, editarum a R. P. Fr. Ludovico Granatensi Ord. Praed. dignissimo Concionatore et de Religione Christiana meritissimo, Auctore Fr. Iobanne de Hormaza eiusdem Ordinis. Salmanticae apud Heredes Matthiae Galt 1581. in 4. \* Index hic deservit tantum primis editionibus Olisiponensi et Salmantinae; pro cuius captu legendae sunt observationes Praefationi adnexae.

II. *Elenchus rerum omnium, quae in Libris omnibus R. P. Fr. Ludovici Granatensis (qui vulgari sermone circumferuntur) continentur; in quo, quae Evangeliorum considerationibus adcommodari possunt, remissionibus ad supra dictos Libros demonstrantur*, studio Fr. *Alphonfi de Sanzoles* Minoritae, Provinciae S. Iacobi alumni. Salmanticae, Petri de Adurza, sumtibus Didaci Roderici 1584. in 8. pagg. 519. \* in nostra Fontinentana. Rursus Barcinone Iacobi Cendrat 1588. et 1594. in fol. \* ad calcem operum eiusdem *Granatensis*.

III. *Annotationes in Evangelia totius anni de tempore et Sanctis, ex omni in universum quae hucusque exstat doctrina adm. R. P. Mag. Fr. Ludovici Granatensis Ord. Praed. Fr. Barnaba a Xea eiusdem instituti collectore. Apophtegmata etiam, insignio-*

*ra dicta et facta Gentilium, quae cuique Evangelio magis apta videbantur, in gratiam curiosi Lectoris adiecta sunt.* Salmanticae apud S. Stephanum, typis Antonii Renaud 1585. in 8. pagg. 552. \* apud nostros Valentinos. Opus hoc, quod Auctor inscripsit *Gaspari a Quiroga* S. R. E. Cardinali Archiepiscopo Tolerano, concinnavit, dum adhuc *Granatensis* ageret in vivis, quem ille (ut in Praef. ait) quemadmodum numquam oculis carnis viderat, ita mentis aciem numquam ab eo removerat. Admonet praeterea, ante se alium hanc ipsam Provinciam suscepisse, sed quis ille fuerit, non aperit. Certe laudatus de *Sanzoles* non videtur posse fuisse, cum uno solo anno ante *Barnabam a Xea*, videlicet 1584. *Elenchum* suum publicaverit; ille vero anonymus decem annis antecesserit, ut ipse a *Xea* testis est locupletissimus in laudata Praefatione.

IV. *Tabla predicable muy copiosa de las Obras, que el M. R. P. Maestro Fr. Luis de Granada compuso en romance, que son Guia de pecadores, Oracion, i Meditacion, Memorial de la Vida Christiana, i Adiciones, compuesta por el M. R. P. Fr. Geronimo Gomez de la Orden de N. Señora de la Merced, Redencion de Cautivos.* Adiecta fuit editioni operis, cui titulus: *Adiciones al Memorial de la Vida Christiana*, Matriti, Thomae Iuntae 1594. in 8. \* Tum ad calcem collectionis laudatorum quattuor operum, Barcinone, apud Sebastianum de Cormellas 1625. II. voll. in fol. \*

V. Fr. *Dionysius Sanchez Moreno*, e sodalitia nostro, *Indices* etiam *Generales* Hispanorum operum confecit, quos amplissimae editioni Matritensi a se curatae 1678. propriis locis collocavit.

VI. Idem, ac maiori diligentia, ad Latina opera quod spectat, praestat nunc *Iobannes Baptista Mugnozius*, Theologiae Doctor Valentinus, ac maximae spei Adolescentulus, in elegantia editione omnium, quotquot reperiri possint, operum *Granatensis* Latinorum, quae Valentiae modo excuditur. Sed de his uberius infra §. XIII. Num. I.

VII. *Tabla de los lugares de la Escritura, que hai en las Obras de Fr. Luis de Granada.* In 12. cum *Indice ad Sermones de tempore*, ac rerum altero. Adservatur MS. in nostra Valentina inter